



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

114. De iudicio ecclesiastico.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

De eadem re. *Ex epistola Nicolai Papæ  
ad Karolum Regem.*

CXIII. Scripsit nobis Thietbirga Regina regia se velle dignitate seu copula exui, & sola privata vita esse contentam desiderare. Cui nos rescripsimus hoc aliter fieri non posse nisi eandem vitam conjux ejus Lotharius elegerit. *Et post pauca*: De retroacta controversia Thietbirga non debet ulterius ad iteratam responsionem provocari: quia quod semel bene definitum est, & interpositis juramentis deliberatum, nulla debet iteratione, nisi fortassis ubi fuerit major auctoritas, retractari.

Nicol. I.  
epist. 50.  
Burchard. lib.  
9. c. 49.

De judicio ecclesiastico.

CXIV. Deinde quia Ecclesiæ refugium quærens, ecclesiasticum judicium semper expetens, seculari non debet judicio summitti. Post hæc verò, cum nos ex utraque parte, id est, tam à Rege quàm à Regina fuerimus provocati iudices, nosque amborum controversiam executi simus, ad nullos alios convenit iudices super hoc negotio convolare; cum secundum sacros canones à iudicibus quos communis consensus elegerit non liceat provocare; & ubi concessa est provocatio, non nisi ubi major est auctoritas liceat provocare. Itaque cum non sit apostolicæ sedis auctoritate, quæ amborum negotium executata est, usquam major auctoritas, nescimus si alicui liceat de ejus judicare judicio vel ejus retractare sententiam.

Nic. I. l.  
ibid.